

Sammelband von Dina



U. g. 1975

THESES
DISPUTATIONIS
SECUNDAE

Lib. 4. Institut. Imp.

DE LEGE A-
QUILIA, IN IVRI-
S; ET OBLIGATIONI-
bus, quæ ex quasi delicto

nascuntur,

*Ex tit. 3. 4. 5. eiusdem libri, & cognatis
Iuris Civilis textibus desumptæ,*

QV A S

Divina favente gratia

SVB PRAESIDIO

Nobilissimi ac clarissimi Viri

D N. A R N O L D I D E R E Y-
GER, IC. PRAESTANTISS. ET IN CELE-
berrima Academia Ienensi, publici Pandect.

Professoris solertissimi,

Ad examinandum proponit

I O A C H I M V S Q V I L I T Z Neobr.

Ad diem Maii

Hora locoque solitis.

*Parva verba multoties homicidium perpetraverunt:
civitates integras everterunt. Nunquam parvum æstimes
fratrem stultum vocare, auferens ei prudentiam & intelle-
ctum; quo homines sumus, & ab irrationalibus distamus
Ioh. Chryf. super illud Matth. V. Qui dix. frat. suo.*

I E N A E

Ex Typographæo Tobia Steinmanni.





P R U D E N T I S S. C I R-
cunſpectiſſ. integerrimiſq; Viris Dn. Senio-
oribus, & reliquis honoranda Societatis
Mercatorum, in inclyta Urbe Sunda-
na, Collegis, Dn. & Mecoenatibus
ſuis plurimum colendis: Bene-
volentia ergo

Haſce poſitiones, Offert,
dedicat, dicat,

Joaehimus Quilitz R.





C O N T I N U A T I O

DVæ species privati delicti, furtum videlicet & rapina, superiori disputatione, enucleatæ sunt: Ordo nunc jubet, ut de reliquis duabus, de damno scilicet pro quo datur actio, L. Aquiliæ, & iniuria despiciamus: quib. q. delicta subjungemus.

T H E S I S I.



LEX AQUILIA EST plebiscitum *a*, quod plebs Romana, Aquilio Tribuno plebis rogante *b*, tulit, & per illud succurritur omnibus injuste damnasentibus *c*.

a l. 1. §. 1. ff. ad L. Aquil. ibid. Wesenb. in parat. n. 1. Borch. in pr. & Pacius th. 1. in. hic. *b* §. 15. in. hic. versic. Nam plebem. d. l. 1. §. 1. ff. eod. dd. Dd. dd. ll. *c* Schneid. in continuatione huius tit. Nicæ. §. 1. hic. n. 2.

- 2 -

Huius L. Olim tria fuerunt capita *a*. Duo hodie in ll. saltem invenies *b*: quorum prius, de alieno homine occiso, aut pecude agit *c*. Occisor ergo si injuria id factum sit hac lege tenetur. *d*.

a §. 12. & 13. in. hic. ibid. Mynsi. pr. n. 1. Schneid. n. 6. Borcholt. pr. hic. l. 27. §. 4. ff. eod. ibid. Wesenb. in par. n. 2. *b* Tertium n. in desuetudinem abiit. d. §. 12. d. l. 27. §. 4. *c* pr. hic. l. 2. pr. ff. eod. *d* dd. mod. tex. pecudem intelligimus quæ gregatim sub voce hominis pascitur. §. 1. hic. l. 2. §. 2. ff. eod. l. leg. 65. §. 4. de leg. 3. *d* d. pr. hic. d. l. 2. 3. ff. eod. iniuria hic accipitur, non ut circa iniuriarum actionem. l. 1. in pr. ff. de iniur. Sed quod non iure fit, id est, pro damno nobis rebusq; nostris, quocumq; modo sive dolo, sive culpa, etiam le-

A 2 visima,



visima, & ab eo qui nocere voluit, dato. §. 2. hic ubi vulgo. Dd. l. 5. §. 1. & seq. l. 27. §. 8. & seq. l. 45. §. 2. l. 52. §. 2. ff. eod.

3.

Hinc qui Latronem, aut aliquem alium ferro se petentem, multò magis bestiam, ad defensionem sui suarumque rerum, læserit, aut interfecerit, hac actione non tenetur.

§. 2. vers. Itaq;. hic. l. 4. pr. & §. seq. l. 45. §. 4. ff. eod. l. 3. de iust. & iu. c. 2. nxt. de homicid. l. 9. ad L. Corne. de Sica. l. C. unde vi. l. 1. & 2. C. quando lic. unicui. se absq;. Iud. tue. Quod tamen salvo moderamine inculpatae tutelæ accipimus. l. 52. si ex plag. §. 1. ff. hic. d. l. 1. C. unde vi. & ibid. gloss. ordina.

4.

Hinc etiam sciãnt illi præceptores Orbilio plagosiores, si in castigatione discipuli modum exceſſerint, hac L. teneri a: quib. annumeramus maritos, b.

a l. 5. sed etsi. §. fin. in f. l. 6. & ibid. Dd. h. t. l. item quari. 13. §. item Iulian. ff. Locat. Clarus s. senten. §. f. q. 56. poss. post eum. Meno. 2. arbi. iud. cent. 4. cas. 364. n. 9. b l. si constante. §. si marit. ff. solut. matrim. l. si quis in grav. ad Sct. Sylla. Menoch, d. loc. & Ale. lib. 5. Consil. 115. n. 2.

5.

Alterum caput, præter necem, cætera omnia damna, quibus affici possunt, tam animata, quàm quæ anima carent, complectitur.

§. 13. hic. l. 27. §. 1. cum §. seqq. l. 29. §. 6. ff. eod.

6.

Hinc qd. si navis fune rupto, & nauclero vacua, incurrisset, damnumque inde secutum, an ideo in dominum danda sit actio? Negatur.

l. 29. §. 2. ff. h. t. ubi Accurs. eumq; secuti vulgo. Dd. D. ff. Anto. Fab. 5. coniect. 17.

7.

Est & alia quæstio: Si domus vicini mei, ex incendio

condicio in meis ædib. oborto, unâ conflagrarit, an
ad refūdendum damnū illi teneat? Et nisi ex certa
persona incendium ortum probetur, nō tenebitur.

*Arg. l. incend. ubi gloss. & Salic. C. si cert. pet. l. pen. de incend.
Fr. Marc. decis. 6. n. 8. Matth. de afflict. decis. 57. n. 9. Menoch. de ar-
bitr. iud. lib. 2. cent. 4. c. 390. n. Gail. lib. 2. obser. 22. n. 3.*

8.

Differentiam utriusque capitis, ratio uberius
materiæ, a condemnationis & æstimationis sup-
peditat b.

a v. th. 2. b Nam in illo æstimatur damnum retrorsum a
tempore perpetrato, quanti eo anno eoque continuo, plu-
rimi res fuerit, si res non fuisset perempta. §. 1. hic. l. ait.
i. 21. in pr. §. 1. & 2. l. 23. pr. & §. 3. ff. eod. Vbi
non solum servi occisi, sed etiam hereditatis adeundæ fit æstimatio. §.
illud non ex verbis. 10. hic. §. 2. ibid. ubi mula minoris valet ob alte-
ram occisam. In hoc fit æstimatio pro dieb. 30. proximis, quib. quan-
ti plurimi res fuerit, tanti æstimatur damnum datum. §. 13. & seq.
hic. l. 27. §. 5. l. 29. §. 8 ff. eod. in utroq; omnis culpa venit. l. 4 ff. hic.

9.

Actio ex L. Aquilia vel directa seu civilis da-
tur in eum, qui corpore suo damnum dedit: vel u-
tilis, seu in factum civilis, quando quis non cor-
pore suo, sed occasione corporis corpori damnum
intulit. Vel in factum prætoriam, quando neque cor-
pore, nec corpori corporis occasione, sed alio mo-
do damnum est datum.

§. fin. ubi Cuiac. & Borch. in h. t. v. Donell. 15. com. 26. Bor.
c. ulti. n. 31. & 32. de pactis. & Mynsi. d. §. fin. in h. t.

10.

LIBER homo damnum passus suo nomine uti-
lem exercebit actionem, a, ut & paterfamilias no-
mine sui filii b: & fructuarius & usuarius re fru-
ctuaria rupta aut occisa, c.

A 3 a l. liber.

a l. liber homo, h. t. *b* l. qua actione, 7. & arg. d. l. liber homo, h. t. *c* l. item Mela, §. fin. cum l. seq. h. t. Donel. d. lib. 15, com. c. 26.

11.

Sequitur ultima species, de qua breviter agendum.

12.

Injuria licet uti vocabulum πολύσημον, pro varietate materiarum, variè describatur; *a* Nos tamen hic pro contumelia, quæ à contemnendo *b* nomen sortitur, accipimus. Et est delictum, infamiam & contemptum alterius accersens *c*.

a pr. in hic. l. 1. ff. eod. l. 1. 2. 3. & 5. §. 1. ad L. Aquil. l. 1. (de appellat. Donell. 15. comm. 24. pr. *b* d. pr. in. d. l. 1. ff. eod. ibid. wesenb. in par. n. 2. *c* l. 15. §. 2. 5. & 15. ff. eod. l. 5. si non convit. l. qui liberos, & seq. c. eod. Paulus lib. 5. tit. 4. wesenb. n. 3. in par. hic.

13.

Estque duplex, Realis & Verbalis *a*. Realis, quæ re fit, quoties manus infertur in corpus *b*, vel extra corpus *c*. Verbalis cum convicium expulitur, aut viva voce *d*: aut scriptura, ut famoso libello *e*.

a §. 1. hic. l. 1. §. 1. ff. eod. ibid. wesenb. in par. n. 3. Gail. 2. obs. 104. n. 1. Vult. I. Iurisspr. c. 49. *b* d. l. 1. §. 1. & 2. l. 9. l. 5. l. 15. §. 24. & 35. l. 18. §. 2. ff. h. t. l. 2. C. eod. *c* ut cum facto, sine contumeliosa tractatione afficitur d. l. 1. §. 2. l. 9. §. ulti. l. 15. §. 25. 20. & seqq. 31. 33. cum seqq. l. 44. & pass. ff. hic. *d* d. §. 1. In. hic. d. l. 1. §. 1. l. item apud. 15 §. convi. 3. 4. & seqq. §. 11. ff. eodem §. 1. In. hic. wesenb. in par. n. 3. & 19. ubi differentiam. Vide inter libellum famosum, & iniuriam scripto contentam.

14.

Injuriam autem facere possunt, homines tam liberi, quam servi *a*, modo mentis compotes *b*, doliq;

doli que capaces c, & iniuriandi animo id faci-
ant d.

a d.l. 9. §. 3. & §. f. l. cum qui. 18. §. & 4. l. 15. §. 9. b
Vnde non furiosus iniuria tenetur. l. illud relat. §. 1. l. 17. §. 7.
l. 40. de R. l. c unde non impuberes. l. pupillus. III. de R. l. l. 60. quod
infans. de rei vindic. l. 5. §. & idem. ff. ad L. Aquil. d. l. 5. si non con-
C. h. t. l. 53. pr. de furtis.

15.

Hinc q̄: An ebrius & iracundia motus verbis
injuriam si fecerint, excusari possint? sub distinctio-
ne affirmative respondebimus.

l. 6. §. 7. vers. per vin. ubi Dd. de re milit. l. unic. C. si quis impe-
rat. maledix. l. 12. de custod. reor. l. si adult. 38. §. 8. ad l. Iuli. de ad-
ult. arg. l. illud. 3. h. t. l. 48. ubi Decius n. 6. 7. 8. de R. l. l. 5. ubi vulgō
Dd. C. hic. Dambuod. in praxi crimi. cap. 137 n. 12. l. II. §. relinque.
de pœnis. Clar. §. fin. q. 60. n. 13. Petrus à placa lib. I. cap. 2. n. 19.
Specu. in tit. de accus. n. 11. Gail. 2. obser. 101. n. 24. Wesenb. in par-
bic. n. 4.

16.

Pati autem possunt injuriam, tam præsentis,
quàm absentes a, etiam ignoti b: idque mediatè
vel immediatè. c.

a l. illud relat. 3. §. 3. l. 15. §. 7. d. l. unic. C. si quis. Imper. male.
Dambuod. in prax. rer. crim. cap. 136. n. 5. b l. 1. §. 8. sive cū seq.
d. l. 3. §. 3. l. 18. §. f. l. si quis. 26. ff. h. t. c. Mediatè quando fit ijs per-
sonis, quæ potestati aut affectui nostro suppositæ sunt, etiam quæ bona
fide nobis serviunt, immediatè quando directo in cuiusquam personam
iniuria effunditur. §. quod si usumfr. s. & seq. In hic. d. l. 1. §. 3. l. 11.
non solum. §. 7. l. 15. §. pen. ff. h. t. l. filios. 8. de procura.

17.

Respectu collationis, aut est levis, aut atrox:
quæ ex circumstantia personæ, loci, temporis & rei
ipsius æstimantur.

§. 9. in. hic. l. 7. §. posse. 6. ad f. leg. l. 8. l. 9. l. 17. §. 3. l. 34. h. t.
l. 4. c.

l. 4. c. eod. l. 2. C. ut in cert. temp. crimi. quest. ter. l. 4. §. 1. in f. ff. de
inc. l. ruin. naufrag. l. aut. facta. 15. de pœnis.

18.

De omni a. injuria actio potest intendi vel ci-
vilis vel criminalis.

§. 10. hic. ibid. Borch. l. prator edixit. §. 6. ff. h. t. ibid. Zwesen.
in par. n. 14. Clarus in d. §. iniu. n. 4. quarum una intentata alteram
consumit. l. 6. & 7. h. t. l. unic. quan. de civil. crimin. præi. Gail. 1. obs.
65. l. 6. cum seq. §. 1. ubi Bart. ff. h. t. Petr. à Pla. lib. 1. cap. 6. n. 30.
Bartol. in l. 5. §. si quis librum. versic. item n. 3. h. t. l. 2. Semancipatus
ff. de collat. bon. Specul. in tit. de iniu. & dam. datis n. 4.

19.

Civiliter agit actor cum æstimat contumeliam
sibi illatam, attento iudicis moderamine, petendo
pœnam sibi applicari.

§. 7. in. hic. l. 37. ff. eod. Gai. 1. obs. 65. n. 2. & 2. obser. 102. n.
9. & seq. Mynsi. 1. obs. 84. n. 6. l. 15. §. 28. l. 28. §. 8. ff. h. t. l. 17. §.
serui. cum ll. seqq. l. item apud §. si. l. pœna. Cui. lib. 8. obs. 24.

20.

Criminaliter agitur, si actor pœnam fisco infer-
ri petat: vel alio modo ex officio iudicis extra or-
dinem pœna irroganda venit.

§. in summa. ib. Myns. n. 3. & Borch. l. 37. ff. eod. ibi. Zwesenb.
in par. n. 14. & 18. Duar. cap. 4. hic. & 1. disput. 35. Est & alia ho-
die in usu, quæ datur ad palinodiam seu recantationem, quæ civilis est.
Myns. 2. obser. 98. Gail. lib. 1. observ. 63. & 65. Vultei. 2. iurispr. 19
Zwesenb. consil. 22. n. 18. & par. hic. n. 18.

21.

Tenentur non solum illi, qui injuriam ingerunt,
sed etiam qui jusserint, suaserint, eamq; fieri cura-
rint.

§. iniuria a. hic. l. 5. §. si quis. l. non solum. 11. in pr. ibiq; Barto.
& §. si mandatu. l. 15. §. 8. l. 17. §. 2. ff. h. t. l. 15. §. 33. de furt. l. si
quis. 7. §. fin. de iurisdic. omnium iudic. L. consilij. ibid. Dec. l. 157.
de R. l. l. 28. h. t. §. 11. In. de perpet. & temp. actio. l. 10. §. 2. ff. si
quis cauti. in iud. sist. non ob.

Hinc

Hinc quæritur: Si ego te furem, tu me vicissim appellaveris, an inter nos eo nomine actiones nascantur? Negandum videtur.

l. ut vim vi. 3. ff. de l. & iur. l. 1. §. si arietes. si quadrup. pauper. feciss. dicat. l. 25. ibidemq; Bartol. de procurat. l. libert. á patro. 4. de in ius vocand. Petrus á plac. lib. 1. cap. 1. n. 21. Gail. 2. obs. 101. n. 4. Spec. in tit. de accusat. vers. quod si te latro. n. 11.

Reo injuriarum damnato, nota infamiae inuritur.

l. 1. de his qui notan. infam. l. 40. ff. h. t. l. non damnat. C. ex quib. caus. infam. irrog. Gail. 2. observ. 102. & 103. Schneid. in §. in summa. n. 11.

Evanescit hæc actio morte tam actoris quam rei ante litis contestationem, pacto, transactione, præscriptione, juramento, satisfactione, dissimulatione, familiari conversatione, & remissione sive expressa, sive tacita, aliisque quam plurimis modis.

§. fin. In. h. t. l. non solum. 11. §. 1. l. 17. § 6. & §. ait prætor. l. 13. iniuriarum l. 28. ff. eod. l. 5. C. eod. l. si tibi. §. quæd. 1. de pactis. Spec. in tit. de iniur. n. 2. & n. 17. Damhuod. c. 136. n. 19. ad f. cap. Hinc si iniuria affectus, iniurianti propinaverit, remissa iniuria censetur, nisi aulicorum more fiat. Auff Hoffrecht. aut ex necessitate factum probetur. Gail. in tract. de arrest. imper. cap. 14. n. 9. insuper iniuriarum actio anno, & quidem continuo extinguitur, annuo tempore ex die iniurie factæ (nisi quando alicui per metum infertur, præscribatur) sive re, sive verbis, sive scriptis facta fuerit iniuria. l. 5. ibidem. Cyn. n. 6. C. h. t. l. 17. §. ait prætor. ff. eod. Landtrecht/ Artic. 31. lib. 3. Cuiac. in par. ff. hic. Henning. Goden. conf. 102. n. 19. & 20. Schneid. in §. sed & lex. n. 2. de iniur. dresenb. in par. hic. n. 15. & 19.

B Hactenus

24. Transitio.

Haecenus obligationes ex delicto oriundae fuerunt exhibitae: offert se nunc ultima species, quae ex q. delicto originem trahit.

25.

Quasi delictum est, cum quis nec ex contractu, nec ex delicto seu dolo, sed ex culpa tenetur.

pr. In. hic, Mynsi in argum. rubr. hic. pacius, th. 1, hic.

26.

Exemplum suppeditat iudex, qui per imperitiam iudicat litem facit suam, sive sit paterfamil. sive filiusfamil.

pr. In. hic. ibid. Mynsi. Schneid. n. 5. Borchol. l. ex malef. 4. de O. & Act. l. f. de Var. & extraordin. cognit. Diff. Don. 15. comm. 27. in f.

27.

Sententia in quaestione juris contra jus expressum prolata, ipso jure nulla erit, secus si contra jus dubium.

l. 19. de appellati. l. 2. C. quando provoc. non est. l. si per imprudent. in pr. de evict. c. 1. extra de re iudic. l. praeses. 26. l. cum prolatis. 32. ubi Duarenus de re iudicata. c. pastora. §. quia vero. de officio delegat. l. 1. §. 2. quae sent sine appell. §. 1. in de off. iud. ubi Mynsing. & vulgo Dd. auct. iubemus. C. de iudic. Novell. 82. c. 13. l. 40. & 79. de iudiciis. l. fin. C. de pen. iud. qui mal. iudic. ubi vul. Dd.

28.

Qui dolo malo seductus perperam iudicat, non ex q. delicto, sed verò delicto obligatur, tenetur ergo veram litis aestimationem praestare auctori vel reo, quem sua sententia laesit, & insuper famae dispendio plectitur.

l. filiusfamil.

1. filiusfam. iudex, de iudic. auth: novo iure & l. fin. C. de penis
iud. qui male iud: c-1. de re iudic. in 6. ubi pulchre gloss. in verb.
condemmandus, 2. q. 6: C. hoc etiam ubi gl. Qui ab evidentissime falsa
Comm Dd. opinione recedit, aliter pronunciando veniam mereri
putamus. Dd. in c 1 de constit. c Nicea- 3 1. dist- 2. Schneid. ad hunc
tit. n. 16.

29.

Locum etiam sibi vendicat inter q: maleficia
obligatio, de effusis deiectisque, quibus alicui no-
citur fuerit.

§. 1. In h. t. & l. 1. totoque tit. ff. de his qui effud. vel deiec.
Nam ut viae securae praestentur, efflagitat utilitas publica, d. l. pr. §. 1.
2. l. 6. ff. d. t. l. 3 1. ad L. Aquiliam.

30.

Res ipsa & persona injuriata poenam variant.
Res suscipit aestimationem dupli, si libero homini
damnum datum est, poena pendet ab arbitrio ju-
dicis; si interfectus, in quinquaginta aureos iudicis
um datur.

d. §. 1. h. t. d. l. 1. pr. & §. 5. l. fin. ff. de his qui eff. vel dei. iudex
n. Salarium in medicum pro restituta sanitate erogatum, caeterasq;
impensas, item operas quas interea perficere, & illa omnia, ad quae
perficienda iam inutilis factus est, computare debet. d. §. 1. ver. si
iudex. l. h. t. l. cum liberi hominis. ff. de his. qui effud. vel deiec.

31.

Et aedium inhabitator hac actione tenetur:
Licet etiam hospes dejecerit, adversus quem tamen
actio in factum datur.

d. l. 1. §. 4. & 9. l. 5. per tot. hic.

32.

Si plures in eodem coenaculo habitent, unde
quid detectum est, ita ut non facile sit scitu, quis-
nam

B 2

nam

nam sit reus, omnes tenebuntur in solidum; & unus solutio reliquos liberat: præstanda tamen illis est pars detrimenti, societatis iudicio, vel utili in factum actione, ei qui solvit.

d. l. 1. §. f. l. 2. l. 4. l. 5. in pr. & §. interd. ff. de his qui eff. vel deiec.

33.

Qui ea parte, qua vulgo iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest, si ceciderit, alicui nocere: tenetur ex q. delicto, actione in factum, ad pœnam 10. aureorum.

d. §. 1. versi. cui simil. & vers. quo casu hic l. 5. §. prætor ait de his qui deiec. vel eff. l. 5. §. pen. de O. & A.

34.

Exercitor navis a caupo b, & stabularius c, tenentur actione in duplum, si culpa eorum, quorum ministerio utuntur, alicui damnum contigit.

a §. ultim. hic. l. 1. §. exercitat. ff. de exercitato. actio. b l. 1. §. caupo. l. 5. in pr. ff. de Naut. caup. stabul. c d. §. uli. l. pen. & ult. de Naut. caup. l. 6. §. uli. de O. & A. l. unic. ff. de furt. advers Naut. caup. & stabul.

✠

F I N I S.

99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







T H E S E S
D I S P U T A T I O N I S
S E C U N D A E
Lib. 4. Institut. Imp.
D E L E G E A -
Q V I L I A , I N I V R I -
I S ; E T O B L I G A T I O N I -
bus, quæ ex quasi delicto
nascuntur,
Ex tit. 3. 4. 5. eiusdem libri, & cognatis
Iuris Civilis textibus desumptæ.
Q V A S
Divina favente gratia
S V B P R A E S I D I O
Nobilissimi ac clarissimi Viri
D N. A R N O L D I D E R E Y -
G E R , I C . P R A E S T A N T I S S . E T I N C E L E -
berrima Academia Ienensi, publici Pandect.
Professoris solertissimi,
Ad examinandum proponit
I O A C H I M V S Q V I L I T Z N e o b r .
Ad diem M a i i
Hora locoque solitis.
Parva verba multoties homicidium perpetraverunt:
civitates integras everterunt. Nunquam parvum æstimes
fratrem stultum vocare, auferens ei prudentiam & intelle-
ctum; quo homines sumus, & ab irrationalibus distamus
Ioh. Chryf. super illud Matth. V. Qui dix. frat. suo.
I E N A E
Ex Typographæo Tobia Steinmanni.

